



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 18. Balduinus Imperator a Bulgaris captus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Cum igitur nulla omnino auxilia modo Sæcul.XIII.  
ad Terram sanctam transitura speremus, A. C. 1205.  
vebementer metuimus, ne Saraceni col-  
lectis viribus pauca, quæ adhuc Chri-  
stiani tenent, occupent, sicque his trans-  
fretandi tollatur occasio, & facilius  
Græci imperium Constantinopolitanum  
sibi iterum vindicent, quod tam Saraceni  
quam Græci unice exoptant. In his  
vero angustiis potissimum a Rege Fran-  
ciae expectatur subsidium, quem ideo Do-  
minus inter Christianorum Principes  
universos magnifice exaltavit.

Ut facta in hac Epistola commemo-  
rata intelligantur, primo Lectorem sci-  
re oportet, Regem Hierosolymæ Aime-  
ricum Lusignanum Ptolemaide hoc an-  
no millesimo ducentesimo quinto ex vi-  
ta decessisse. Erat is jure proprio Rex  
Cypri, & Rex Hierosolymæ jure uxo-  
ris Isabellæ, cuius thalamum maritus  
numero quartus consecutus fuerat. Sul-  
tani Alepensis nomen erat Melic el Da- Sanut.p.205  
ber, Saladini filii tertio geniti. Sefidi-  
nus autem seu Safadinus, Damasci & Bibl. Orient.  
Ægypti Dominus, eodem parente, quo Sanut.p.202  
Saladinus Melic Adel genitus erat.

§. XVIII.

Baldinus Imperator a Bulgaris  
captus.

Ut vero ad Victoriam Bulgarorum de  
Latinis reportatam redeamus; cum

E 3                    Græci

Sæcul. XIII. Græci facile se viribus inferiores intel-  
A.C. 1205 ligerent, ad Joannicum Regem Bulga-  
Villehard rorum, hactenus hostem ipsorum infen-  
n. 177. n. 184. sissimum, confugerunt, ac pactis secre-  
 to cum ipso initis promiserunt, se eum  
 Imperatorem veneratuos, si a jugo Fran-  
 corum eriperet. Tunc ergo Græci u-  
 bique seditionem movent, ac præter a-  
 lias urbes Hadrianopolim in potestatem  
 redigunt. Ad eam obsidemus advo-  
 lans Balduinus paucas copias admovet.  
 Adebat Joannicius obsecros liberaturus.  
 Ferociter dimicatur, atque in acie Ludo-  
 vicus Blesensis cæditur, cum pluribus  
 Optimatibus, Balduinus autem Impera-  
 tor capitur. Hanc cladem Christiani  
 Feria V. Paschæ die decima quarta Apri-  
 lis anno millesimo ducentesimo quinto  
 acceperunt. Interim Henricus Baldui-  
 ni Imperatoris frater ex Natolia adpro-  
 perabat, ut urbem Hadrianopolim La-  
 tinis servaret. Sed clypeum post vul-  
 nera attulit, electusque est *Bailius*, id  
 est Imperii Rector, quoad Balduinus e-  
 vinculis rediret. Is Baronibus consil-  
 lium suggerentibus ad Papam, in Fran-  
 ciam, in Flandriam aliasque provincias  
 nuncios misit, auxilia flagitantes, cuius  
 Legationis Princeps Nevero Episcopus  
 Suectionensis fuit. Henricus Princeps  
 in Epistola ad Papam data totam hujus  
 cladis historiam refert, & subjungit, a

*n. 202.*

*n. 204.*

*Gest. Innoc.*

*n. 105.*

Fran-

Francis literas fuisse interceptas, ex qui- Sæcul. XIII.  
bus Joannicij cum Turcis aliisque Chri- A.C. 1205.  
stiani nominis hostibus fœderata depre-  
henderentur. Tum Papam memorem  
esse rogat, Terram sanctam recuperari  
non posse, si Romania amitteretur. Et  
vehementer urget Pontificem; Francis,  
devotissimis Ecclesiæ Romanæ Vasallis,  
Romanæ victoribus, supprias præstaret.

## §. XIX.

*Regis Armenie & Comis Tripolitani  
rixæ.*

**R**egis Armenie Comitisque Tripolita- ap. Innoc.  
ni iurgia altius nobis repetenda sunt. lib. 2. ep. 252.  
Cum Raimundus Boemundi III. Princi-  
pis Antiocheni filius primogenitus ex Lignage  
conjuge sua Alisia seu Elida, Rupini de d'outre mer.  
Monte, Optimatis Armeni, filia, filium p. 426. 427.  
suscepisset, ab avo materno Rupinum &c.  
dictum, & a Conrado, Archiepiscopo Sup. Lib.  
Moguntino, cum is anno millesimo cen. LXXIV.  
tesimo nonagesimo septimo in Oriente s. 61.  
sacræ Germanorum militiæ imperaret,  
baptizatum, morti proximus Principem  
Antiochenum patrem suum rogavit, ut  
Rupinum puerum filium suum Principa-  
tus hæredem aliquando scriberet. Rai-  
mundo inter has preces extincto, Boe-  
mundus Rupinum nepotem suum, ab o-  
mnibus Baronibus tanquam hæredem  
Principemque futurum recipi, eique Sa-  
cramentum fidelitatis dici jussit. At Boe-

E 4      mun-